tempus differamus, aut aliorum ſtudio relinquamus. Nam in ipſa quidem re non videtur difficultatis quidquam eſſe, eamque ſatis expoſuit PETRVS PERRENONIVS. Sed in eo forte curatius laborari poterat, vt cauſſa inueniretur, ob quam hanc differentiam ſtabilire Romanis placuit. Qua quidem in re, quum nec nobis hactenus contigerit, quidquam inuenire, quod omnino probabile videretur, tacere, quam inanibus coniecturis chartam implere maluimus.

c) *Animaduerſionum & variarum lectionum Lib. I. c.* 5. in EVERH. OTTONIS *theſauro iuris ciuil. Tom.* I. *pag.* 597 ſqq.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG